

26 La disciplina degli Spartani

Gli Spartani si abituavano fin da fanciulli a condurre una vita dura e frugale; si dedicavano soltanto alle arti della guerra, perciò erano invincibili.

In Peloponneso sita erat Sparta, Lacedaemoniorum oppidum. Lacedaemonii plerumque in oppido habitabant; Hilotae autem, Lacedaemoniorum servi, praecipue in agris. Hilotae agros colebant, Lacedaemonii contra neque agriculturae nec mercaturae incumbabant, sed solum armorum exercitio. In parvis ac modestis tectis¹ habitabant, divitias atque luxuriam spernebant, duram militiae vitam probabant, pericula ac saeva bella non expavescebant. Non solum viri asperam vitam degebant, sed etiam feminae ac pueri; Lacedaemonii enim liberos severam disciplinam usque a prima pueritia² educabant. Pueri numquam in otio erant; paulum litterarum studiis incumbabant, multum contra ludis gymnics atque armis: ita pericula et aerumnas tolerare discebant. Ob duram virorum ac puerorum disciplinam Lacedaemoniorum copiae adversarios fere semper³ vincebant.

¹ **tectis**: «case»; un termine che esprime un significato più ampio o meno ampio di quello proprio si definisce sinèddoche. ² **usque a prima pueritia**: «fin dalla più tenera infanzia». ³ **fere semper**: «quasi sempre».